

☿	○	V
♀	○	V
♃	○	V
♄	○	V
♅	○	♅
♆	○	♆
♇	○	♇
♈	○	♈
♉	○	♉
♊	○	♊

Vult hoc veterum authoritas, Mundum in Autumno creatum,  
& ratio ipsa ex Copernico, vt Tellus sub eodem initio stet, quo re-  
liqui. Apparebunt igitur superiores in V, inferiores & ☽ in ♉,  
Luna cum circa terram sit neque in V, neq; in ♉ competit, ne tur-  
bet numerum ternarium superiorum & inferiorum. Et sole occi-  
dente (sic enim conditus mundus est) nocti nullibi rectius domi-  
natur, quam ex medio cœli, quod est o. 30. Sicque poterit in epi-  
cycli summa abside consistere. Et quia orbis eius aduentitius est,  
fortiatut & ipsa aduentitium & peculiarem situm principij. Lunati-  
ones etiam eius nobilitas & fama inter homines, lunationumq;  
potissima quadrans. Caput autem in libram, & caudam in Arietem  
refero, vt sit in rationali situ cum Luna, absque Ecclipsi tamen: & vt  
Luna sit in maximo limite horeo. Erit igitur terra oculari etiam  
positu media inter stellas, sicut orbis eius inter orbes medium lo-  
cum certo Dei consilio obtinuit, quia omnia propter hominem.  
Quod si Solem etiam hic in V loces: erit I in ♉, & II in ♉. & re-  
liqua similiter. Sumendi autem motus medij, nam hos in princi-  
pio cursus, veros esse conuenit, nempe ab absidibus. Hæc palma  
in medio posita, quam aut similem si quis aut ex calculo aut ex re-  
stauratione Astronomiæ adeptus fuerit, is phyllida solus habebit.  
Hæc de initio.

Finem motui nullum cum ratione statui, nullumque fore Pla-  
tonicum annum ex postulato uno probabo. Detur namque eccen-  
tricatem esse cum orbe in proportione rationali: erunt igitur or-  
bium radij in uicem irrationales, quia habent se, vt inscripti & cir-  
cumscripti corporibus, qui irrationales sunt, quia sequuntur ex ra-  
tione subtensæ in quadrato, & sectionis secundum extremum &

L 2 medi-